

SERMO SY-

nodalis R. in CHRISTO Patris D. GVIL-

LERMI Meldensis Epí, habitus

Meldis, anno 1519, die 13 Octo-

bris: quo monetur quibus

ouiũ cura credita est,

illis præsentes

inuigilare.



PARISIIS.

In ædibus Henrici Stephani.

1520

2 ERMO 2Y-

notandum in Christo factis D. GALLI

THOMAS Melles Episcopus, habitus

Melles, anno 1793, die 19 Octobris

prædicto monasterio quibus

omni cura creditur est.

Illis prædictis

invenitur.

PARIS 1793.

In edibus Henrici Stephani.

1793

SERMO SYNODALIS R. IN

CHRISTOPATRIS D. GVIL

LERMI Meldensis Epí-

scopi: hábitus Mel-

dís anno

1519



Ilígenter agnosce vultum pe-
coris tui: tuosq; greges consy-
dera. Vox est sapiétis, immo
superbenedícti dei, qui sapi-
entia est, Prouerbíorum. 27.
quenq; nostrum admonen-
tis sui officij, inuitantísq; gregibus recēsendis,
& íntime noscendis, oculos mentis admouere.
Nō q; nostri negocij sit, artem pascuariam di-
scere (quoniam secundū Apostolum, ea boum
pecorumq; cura, dominum non pulsant) sed ad
sublímiorē longe tractum mentem euehit, in-
quiens per Hieremiam. Leuate oculos vestros,
& videte qui venítis ab aquilone. Vbí est grex
quí datus est tibi, pecus inclytū? Et vere quí-
dem inclytū. Insigniuit nempe dominus gre-
gem suum factus ouis, & erraticam diuinitatis
humeris impositā centesimo (perfectionis ví-
delicet numero) cuniens: tantiq; oues suas du-
xit, vt illarum sordes preciosíssimo sanguine
abluēs, in se abstulerit. Vnde & pastores aquí-

a. ij.

S E R M O

lonares, frigescētes charitate (ab aquilone enī qđ speres) vt euigilēt hortat, quo mētes a fecibus & illecebris, haud secus atq; glutino herētes, excutiant. Heu heu, vbinā grex nobilis & inclyt⁹: cęcutientib⁹ pastorib⁹, mōtiū valliūq; perinde nescius, per abrupta quęq; vitiōrū pręcipitia prolapsus est, indiesq; prolabitur. Speculatores eius (inqt Eſaias) cęci omnes, nescierūt vniuerſi. Vnde & Hieremias. Stulte egerūt pastores, dominū nō quęsierūt, propterea nō intellexerūt, & omnis grex eorū dispersus est. Et idē alibi. Grex perditus factus est popul⁹ meus: pastores eorū seduxerūt eos, feceruntq; vagari in mōtib⁹. Vbinā inuenias pastores qđ dicāt, pars mea domin⁹: Nomē e mentiti, proprijs, nō ouiū inhiāt cōmodis. Frons meretricis facta est illis, frustra frices. etiā si adamātinā frontē obieceris: nolūt erubescere. Vineam quā sublimitas diuinę fortitudinis conseuit, a laſciuiēte apro exterminari, sectionūq; feritatib⁹, peride atq; a murib⁹, corrodi sinūt. Operitur nauicula fluctib⁹. In ea quondā dormiēs dulcissimū Ihesus: futurā ecclesię imaginē pręsignauit, qđ pastores ī ea segnes sterterēt, ac somnolescerēt. Bene nobiscū actū est, qđ nō ppter ea dormitat, neq; dormit sup̄coelestis benignitas: quia si vel momēto vigilatię manū subtraheret, ipellentib⁹ cęcis cōcupiscētiarū turbīnibus mergeretur. Excitari tamē voluit: vt salutē

SYNODALIS

nostrā nō aliūde pēdere discam⁹. Excita ergo domine potētīā tuā, idest teipsum q̄ es potestas nostra: & magna virtute, idest te ipso q̄ es omniū virtus, fer opē, ac inter eos quos de stercore erigis, canē hūc triēnio in hac tua sede elingūē & mortuū exuscita. Aperi domine os eius, spiritūq̄ rectū innoua in vīceribus: quo possit ex promptuario charitatis tuæ verbum bonum eructare. Adeste & vos charīssimī fratres & cōmilitones infirmitati nostrę orationibus vestris, dicētes, Veni creator spiritus.

Diligenter agnosce vultum pecoris tuī &c. Nō ab re Paulus Apostol⁹ pastores diligētes solícitosq̄ eē voluit, q̄ p̄est. (inqt) ī solícitudine, & iure sūmouēdū, q̄ domui suę diligēter nō īuigilauerit: cū sit despandū, eū q̄ ī minimis nō satis, cauere possit, ī grauiorib⁹ posse, q̄q̄ mores p̄prios in cōcentū & harmoniā nō reduxerit, facile dispares & efferos creditarū ouīū motus cōtinere, & ī ordinē cogere. Quis ei eū cui⁹ vineā vepres & spīę vestirēt, colēdis alijs p̄ficeret? Inexpti medici pīculū facere nolles: q̄ ipe ritū tōsorē barba demētis p̄bare soleat. Proinde sapiēs pastorib⁹ loquēs, diligēter (īqt) exerce agrū tuū. Nō q̄ ī pastore desyderet, vt arbores ordine ponere, vites ijs maritare, pomaria cōserere, riuos pratis deducere arte sciat. Aut (quod alij volunt) ius ecclesiasticum tueri, patrimonium auctus reddere, fastū maiestatēq̄

a. iij.

S E R M O

(vt dicunt) dignitatí addere. Altior exercendi agri ratio, diligentía, ac solícitudo exposcitur: q̃ caduca hæc militem C H R I S T I dedeceât, atq; his inquietudinibus quicquid est spírítus extingatur. Sed vult Paulus, solícite nos seruare vnítatē spírítus in vínculo pacis. Id fiet: si in vía mandatorū deí, charítate dilatati currentes, exemplo C H R I S T I creditas oues in abiectis desyderiorum & cupiditatū mōtibus vagas, humeris in dominicas caulas reduxerimus, reductas pane vitę pauerimus, & aqua sapientię adaquauerimus. Sed heu abierunt in sicco flumina, quibus adaquari & letificari animæ (quæ sunt ciuitas dei) debuerant: q̃ animā sitientem & esurientē nullus reficiat. Nā diuites, idest pastores, inanes inueniuntur: diuisumq; est mare rubrū, primitiua scilicet Ecclesię splendor & ardens charitas, in diuisiones, quia vnusquisq; in viam suam abierunt. Nullus iam inuenitur cuius fontes eloquiorū verbi deí deriuētur foras, & qui in plateis aquas diuidat. Bene autem de ijs cecinit Propheta. Tu siccasti fluuios Ethan, hoc est fortium & robustorum, quorum fortitudo dissipata est. Arcus fortium, pastorum videlicet, superatus est: & infirmi, demones, accincti robore. Inualuit nepe demon: quia dum quisq; sibi cōsulit, prostrata est virtus Ecclesiastica. Hoc atea in-

SYNODALIS

tonuít aquíla Ioannes: de pastoribus inquís-
ens. Nomen habes quod víuas, & mortuus
es. Assurgite paululum amantíssimí fratres,
& oculos mentís erígite: & vt íisdem verbis
Esaíæ vtar, Audite hæc domus Iacob quí vo-
camíní nomine Israel, & de aquis Iuda exí-
stís: quís ex nobís hæc nomina, Iacob, Israel,
Iuda, vt scilicet vítiorum sit supplantator, &
iugí intenciónē ac feruenti in deum charítate
tendat, sibi adscribat? Nullus est tamen quí
de aquis Iuda, hoc est confessionís, non exí-
erit, quía ablutí sacris vndís: abrenunciaui-
mus omnes diabolo & pompís eius. Specia-
lius tamen commilitones, vos estís genus ele-
ctū, sacris militiæ diuinæ addictí: & in verba
tantí regís iurastís, vt inquit Paulus, Confes-
si bonam confessionem coram multis testibus,
si nunc tamen præco quempíam nostrum hoc
nomine citauerit: respondebit nemo. Licet his
nomínib⁹ longe felicius, vtpote statuí nostro
cōsentaneís, q̃ Guillermus, Petrus, aut Ioan-
nes (quæ voluntaria sunt) vocaremur. Nomē
ergo habes cui non respondes, & nomen q̃ ví-
uas videlicet deo, in quo est víta nostra abscon-
dita, & in quo víuimus, mouemur & sumus: &
nihilominus mortuus es, cui⁹ deo, ex quo non
víuis illí, víuis vero mūdo, desyderiis & cōcu-
píscentijs eius. Sed hæc víta: omní morte ter-

SERMO

rena amarior. Disces antiquata hæc nomina
 abiisse, noua facta esse omnia. Recte dixeris.
 abierunt enim. Nam qui propria & ouium pec
 cata supplantet, verbis & factis deum confitea
 tur, ac charitate ignescat, inuenitur nemo. Sed
 videamus si in his tuis recentioribus quibus te
 effers nomenclaturis, sit inuenire quod nomen ha
 beas quo viuas, & mortuus non sis? Quid
 queso, curat? sollicitudinis, diligentiae, laboris,
 vigilantie, curæque nomen est. Huic, coheres re
 gni, anima videlicet fidelis, velut tutori usque
 ad tempus præfinitum a pijsimo patre luminū
 deo, incolatus huius pergrinationis tempore
 committitur. Quid debeat tutor pupillo: pro
 palam est. Qui si pro dignitate tutoria & com
 modo pupillari non administrauerit, est qui
 vindicet. Et cum pluris sit anima corpore & bo
 nis: desertorē ouium manebit impunitas, quas au
 ctiores efficere, talētumque vsuris multiplicare,
 non suffodere, debuerat? Quod si munus illud tu
 torium industriam personæ expostulat: quid
 tibi persuades per vicariū facere satis? In de
 sertores autem gregis iubet dominus per Eze
 chielem, ne sanguis de manu speculatoris re
 quiratur tuba speculatoria canere: nonnullos
 esse qui non (dico) principū (quibus nec etiam
 ea in re inseruire liceret) sed quorumuis aliorū
 negocia obeuntes, & ratiocinijs temporalibus

SYNODALIS

insistētes aspernātur tot sibi creditas animas,
 quarum vel vna mundo prestat. eoq; cæcitatís
 & dementiæ ventum est: vt lutū auro, tenebras
 luci, dæmonem deo preferant. Videre nanq;
 licet quosdam in hæc etiam vilia descendisse, vt
 quam animabus negligunt, canibus venaticis
 curam exhibeāt, illos caueis recludant, demū
 egestionis & recreationis causa inde emittant,
 si inter venandum aberrauerint, corrigāt. For
 mandarū vero animarum (proh dolor) respec
 ctus nullus. cadit asinus, est qui subleuet: perit
 anima, non est qui requirat illam.

Quonam igitur modo qui curati nomine te ef
 fers & insolescis, villicatiōis rationem reddes:
 qui animarum vultus non agnouisti, sed nec te
 animam habere credis, cum illam tanto discri
 mini obijcias, daturus proculdubio animā p
 anima, & in vna tua ruina omniū expensurus?
 Nam sicut solícitos præsides, magna reposita
 merces: sic negligentes, durum manet tormen
 tum. Surge igitur qui dormis (null⁹ enim pro
 fundior somnus, obliuione dei) accipe gladiū
 bisacutum, quo a bonis errorem, a malis excu
 sationem tollas. Vulnera quæ inferes: saluifica
 omnia. ne desperes. corporum vulnera pleraq;
 letalia, quibus mederi non possis: ast animæ
 vulnus, nullum immedicabile. Nec te tamen
 putes proprijs virib⁹ posse vultus pecoris agno

S E R M O

scere. In deo cognosces. in deo faciem⁹ virtutē.
Sed hoc erit: cum ipse ad nihilum redegerit tri-
bulantes nos, videlicet insolentes & tumentes
motus spiritus nostri, qui insurgunt & molū-
tur, vt superbe pręsumentes, nō deo, sed nobis
vendicem⁹ gloriā. Debebis igitur prius in
cognitionem tui per exinanitionē & nihilita-
tem descendere, humiliariq; sub omnipotenti
manu dei: quo sic discas ad excellentiores diui-
næ bonitatis cogitatus assurgere, vt possis in
lumie gratię videre lumen operis. alioqui (ni-
si oriente sole iustitiæ) tenebresceres. Proinde
crediturus dominus oues pastorib⁹: voluit ex
nomine, tanti magisterij figuram exprimere.
Agnoscentem elegit. Petrus quippe agnosces
dicitur. Et ne facilē, vulgarem, & vtcunq; cu-
rādi pecoris agnitionem putares: tentat Petri
amorem, non q̄ quippiam illum lateat, qui in
abyssum humani cordis ingreditur: sed vt q̄ta
illi sit alēdi pecoris cura, nos instruat. ait enim.
Petre amas me. Intuere, q̄ diligēter, tertio re-
petens, Petrum amoris interrogat: q̄ non nisi
amore possit de⁹ cognosci, creditūq; pecus pa-
sci. amor quippe pabulū ouium est, quod sub-
ministrabit domin⁹. Nec vlla in re tam deum
amare probaberis: q̄ si oues illius paueris. ta-
lisq; ouium proculdubio futurus est pastus:
qualis fuerit amor in deum intentus & exube-

SYNODALIS

rās. Agnosce igitur inuitat⁹ a superbono deo, vultum pecoris. Agnosce amādo: vt serues, ornes, & pascas. Arcebis lupos: ouibus non dominaberis, pascendas namq³ suscepisti. Et ne communem & perfunctorium pastum crederes, triplicem pastum, triplici amorī nectit: vt nō nisi amore pascas. quasi dicat. pascere oratione, pascere verbo, pascere exemplo. Tres etiam panes in Euāgelio, quos mutuo ab amico deo recipis: huic pastui respondēt. Tamq³ arcte oues amabis: vt tua, tuosq³, ac teipsum prę his nihilī pendas. Dicit quispiam literarum expers, zelo forsan indiscreto armatus & sibi plus æquo tribuens: dominum deum in pascendis ouib⁹ non literas, aut peritiā rerum, sed amorē tantū in Petro desyderasse. Tu qui huiusmodi es: cōsydera Petrū, hoc est agnoscentem, assumi. q³ debeat qui ad tantī muneris excellentiam (quod ars artium est) vocatur, Petr⁹ existere, agnoscens primum, deinde amās. quid nī? natura rerū id docet. Si colonum agris, vinitorē vineis, bubulcum armentis, architectum structuris, q³ peritissimos constituīs: quid animabus? Et eo maxime cum sit omnium animalium homo, in quem difficilime imperiū exerceas: & mille licet oculis prestes, humana tamen consilia, nisi insigni quadam gratia dei suffulta, vaneſcunt, Præstaret tamen regendis

b. ij.

ouibus tolerabilis imperitia amore feruens, li-
 teris, licet sublimibus, tepetibus tamen: q̄ sit
 inanis scientia, vbi virtus nulla. Verum si hæc
 duo adsint, mentisq; oculos in deum tendas:
 non deerit votis. fidelis est qui repromisit, qui
 & faciet cum tentatione prouentum. Sacerdo-
 talis enim dignitas in terris agitur: cui⁹ offici-
 um cœlo continetur. Magnum certe & admi-
 randum monachorum certamen: verum qui il-
 lud bene administrato sacerdotio cōferat, iter
 vtrūq; tā interesse cōperiet, q̄ inter priuatum
 & regē, q̄ pastorale officiū charitate in cōmu-
 ne trāseat, & alti⁹ cœlis efficiat. debet etenī ra-
 dijs solarib⁹ lucidior esse anima sacerdotis: vt
 hospitium sancti spirit⁹ effecta, ac suorū quo-
 rumuis nescia, & deo ebria, dicat. Vīuo nō iā
 ego: viuit vero in me CHRISTVS. Ea etiā san-
 ctitate cæteris prestare, non solum vt humero
 tenus Saul statura excelluit, sed prout homi-
 nes bruta superant: q̄ altitudinem virtutum
 ascēdat oportet qui in cathedra non Moſis sed
 CHRISTI sederit. quia, vt inq̄t Paul⁹, p̄ CHRI-
 STO legatione fungimur, tanq̄ CHRISTO ex-
 hortante per nos. sit proinde vt sol inter astra.
 Sed heu quis fidelis & prudens, idest amans
 & agnoscēs? Eo miseriarum & inertię sacerdo-
 talis ventum est, vt sit sacerdotiū lucerna picta
 absq; lumine, inauratum sepulchrum, dignita-

SYNODALIS

tum & administrationum nudum nomē. Nā
 plerisq; in locis videmus (monstrum ingens)
 laicos sacerdotes excellere: & præter naturam
 arborem radici, non radicem arbori influere.
 Hinc dei, sacrorumq; contemptus. Non vul-
 tū, sed pecoris vellus agnoscim⁹. periit amor,
 euauit fides, exulauit religio, bona malaq; in
 promiscuo, quasi videātur omnia agi fato. sub
 hasta veneunt animę, rudis & indoctus quisq;
 perinde atq; doctus: sine delectu, nō vt regat,
 sed perdat, admittitur. Quomodo vultum cur-
 iusq; ouium agnoscas, qui nec numerum qui-
 dem illarum, & varię ne sint an vnicolores, no-
 sti? Siccine bone de⁹, quas tam charo redemi-
 sti, nihil faciunt, dispergunt, enecant? Aberrā-
 tes reuocat nemo. Et licet in animabus, domi-
 busq; per eos locandis par sit conditio: domi-
 bus tamen ea in re magis consulunt, q̃ peritos
 artis adsciscunt, omnemq; operam impēdunt
 ne corruant. Tantumq; abest vt id animabus
 præstent, vt labentes etiā vltro impellant: &
 a quibus oues aquam salutis excipere debue-
 rant, venenum hauriāt. Extincta est lux sacer-
 dotalis, argentum versum in scoriam, vinum
 mistum aqua. frustra paruuli petierunt panē:
 non fuit qui frangeret eis. Nouit iustus iumē-
 torum suorum animas: viscera autem sacerdo-
 rum, crudelia, Enecas quem pascere debueras.

b. iij.

Si non pauisti, occidisti. Dices, te vicarium habere, & in vicario pascere, vultūq; pecoris tui agnoscere. Non vicariū Petri, sed Petrum elegit deus. eligitur agnoscēs, & amās. Velles alium putandis vineis sufficere: si industriū elegisses? Pastorem petit deus, & mercenarium substituis? Et cum peccata populi nihilominus edas, te immunem a sanguine existimas? Falleris Christiani sanguinis domesticē latro, falleris: non tuum est quod accipis, eius est tantū qui plantauit vineam, de fructu eius edere: & trituranis percipere sementem, ac inseruiētis altari participem altaris fieri. Quod si hac aliena sint a te, quonammodo impunitatē tibi promittis, qui indies sacratissimū CHRISTI sanguinē pfūdīs: totiesq; id facis, quoties animas dæmoni pstituis, & in ouib⁹ suis CHRISTVM perimis, & q̄tum in te est, cruci affigis? Quonammodo potero & ego commilitones amantissimi, tantī sanguinis innoxius haberi: qui in annos deum ludere, & rem actā agere videar? Increbruit auribus meis classicum buccinæ tremendi iudicis, oues de manu speculatoris req̄rentis & interminantis, quid stertis? clama ne cesses, & inquio, quid clamabo? monstra & laruas, pastorū vmbras, & vestes tantum in synodis inueniri: vultus, animos, operaq; pastorū nō agnoscī, q̄ soluta synodo hīc abeūtes i culis

SYNODALIS

nas & latebras suas ad annum vsq̃, ouium im-
memores, pars maxima se recipiat quid certi⁹
& nihilominus inhumanius? Et enim quis to-
to triennio quo indignus pastorem suggestū
ascendī, me conuenit, aures fatigauit, suppetias
petijt, vt vel ouiculas aberrātes humeris refer-
re, perditas lugere, numero gregis ascitis con-
gaudere, languidīs & laborantib⁹ assistere, ac
omnibus in reb⁹ illis adesse studerē? Frequēs
apud me querela facta: decimas nō ex integro
aut non suo pastori reddī, iura immutari, lites
fiscitari, inopia premi, fines parœciarum con-
trahī, aut de honore dei, aut salute animarum:
ne verbum quidem vllum. Quis vel utroq̃ ca-
ptus oculo dixerit nos synodalem cetū agere:
obiter (& vt canis e Nilo extremis labijs lābe-
re, & abire solet) a villicis & mercenarijs pecu-
nias sanctas (quia precīū animę sunt) recipiē-
do & contaminando, sub hasta & plus licenti
animas committēdo & vendēdo? Hæccine est
sancta synodus, pastorumq; conuent⁹: vbi mō-
strifica ac pestifera omnia, nec luce quidem hu-
mana digna, & vbi dæmonijs immolamus,
non deo? Nouit de⁹ q̃ inuitus & dolēs, priorī
bus annis huic coetui affederim. Erumpunt ge-
mitus & lachrymę: cum video precīum sanctis-
simi sāguinis superbenedictī IHESV, tam di-
re foedari, q̃cquid est foederis, amoris, & fidei

exoleuisse, amaricatam esse vineam domini Sabaoth, & labruscas, non vuas, edere. Nam quis talia fando, tēperet a lachrymis? Nec possum ultra continere animum, quin gladio spiritus accinctus, in obuios quosque transfugas potentissime incurram: pronūcians aut nobis aut illis loco cedendum, potius quā superbenigni domini mei I H E S V charissimas oues passim deserui, nihilifieri, tā foede lanuari, necari, ac pphari pmittā. Quas ob res decernat quisque apud se: creditis ouibus incumbere, aut illis cedere. Et ut vulgaribus verbis utar: deseruiat per se curatus curae, & administratiōi suae iuigilet. qui secus egerit (cum CHRISTI hostis existat. inquit enim. Qui non est mecum, contra me est: & qui non colligit, dispergit) in se ut in militie sacrae desertorem iure mihi agendum esse existimet. Nec putet, quis non residentiarum pre-textu: paria prioribus annis impune ausurum, ac sibi solitum patere diffugiū. Istud: pestilens virus, & corruptela, ac mellita speculatorū cecitas, atque a negotio perambulante in tenebris nubes atra oculis obducta, ne impendens ceruicibus periculum superiores agnoscant, sed canes muti & elingues, prostitutarumque ouium lenones fiant. Eat potius in perditionē pecunia: & mergatur, quā nos mergat, & eam ob rem tanta ouilis dominici iactura fiat. Dicam igitur

SYNODALIS

tur iterum, te superbone I H E S V iubente.
 Stat immotum ac trabalibus clauis fixum decre-
 tum: ouibus agnoscendis & iugiter pascen-
 dis, a fratribus meis amantissimis immoradū
 esse, aut alterutri nostrum loco cedendum. Nec
 est q̄ amicos roget quispiam. erit suspectior, q̄
 tentabit, aut vllū præterea maliciæ velamē ob-
 tēdet. Quis etenim speculatorum fratres amā-
 tissimī presumat solus sufficere: cum spiritum
 Moſis 70 senib⁹ populī, qui onerī ferēdo adef-
 sent, partitum legamus? Quid ergo potero ho-
 muncio, omnium indigus? Adeste commilito-
 nes, adeste, ferte opem. Collatis signis in hostē
 ruamus: emīn⁹, cominusq; cōtendamus chara
 fratrum pignora a leonum faucibus eripere.
 Clamat indies popul⁹, Rorate cœlī desuper,
 pastores inuitans, qui cœlī sunt, vt enarrēt glo-
 riam dei. Petit etiam vt nubes rore concreſcāt:
 & iustum (cordibus videlicet fidelīū) superplu-
 ant. Sed heu frustra inclamatur. sumus enim,
 vt inquit Iudas, nubes sine aqua quæ a ventis
 circunferuntur, arbores autūnales, infructuo-
 sę, bis mortuę, eradicatę, fluctus ferī maris de-
 spumantes suas confusiones, sydera errantia,
 quibus procella tenebrarum seruata est ineter-
 nū. Quid ingemim⁹ libertates nostras violari,
 ecclesiasticos omnes probro haberī, iura eccles-

SERMO

siastica, sacraque omnia prophanari. Quid nisi ta-
 lia meremur. Falsus utinam sim vates: grauior-
 ra ceruicibus nostris impendent. nec ab re, quod for-
 dibus illecti, sordes amplectimur. Ipsi altari-
 bus sacris, illotis manibus & pedibus irreue-
 renter incubamus. tantumque abest populum ad
 dei laudem & amorem ut inuitemus: ut aqua quoque
 frigida eum perfundamus, & si quid illi caloris
 inest, extinguamus. Et cum hic sacer ordo, ad
 normam & formam angelicam secundum da-
 tum in monte exemplar, sit institutus: in eo ta-
 men ita vivitur, ut sit arx vitiorum, asylum sce-
 lerum, securitas quaedam impune vivendi, ne
 ducatur quis examinis iudicio obnoxius, sed
 potius nusquam discutienda administratio putetur.
 Non est iam agnoscere vultum pecoris, sed vo-
 rare propalam & in abscondito, & quasi in va-
 stitate hostili, comedere Iacob, & locum eius
 desolare. Viget Sion lugent. Nam malo pasto-
 rum exemplo, refrigit charitas: non est qui
 veniat ad solennitatem, aut constituat diem so-
 lennem in condensis. Diuisus est populus ab
 ira & mala pastorum vita: & appropinquauit
 ad portas mortis. O utinam tam essemus vigi-
 les, & solliciti de salute ouium: quam diligenter cur-
 rimus ut commodis propriis inseruiamus. Pa-
 rum est quod non inuigilamus: durum quod perimimus

SYNODALIS

mus. alto quippe cupiditatum somno stertentes: nullo dominice cōminationis tonitruo excitamur. Inde accidit: q̄ cęcutiētes, in alios impellimur, perimentes simul & pereuntes.

Agnosce igitur diligēter vultū pecoris tui, nō extrīnsecus ista corporis liniamenta, & formā qua oblecteris, ac hostiam offeras dēmonijs, omniaq; iura humana & diuina polluas. Nō est id pecus agnoscere, sed & te & illud perdere. Agnosce vultum, non quī tibi arrideat, sed quī virtutis tuę odore excitatus, currat in via mandatorū deī. Sīs CHRISTI bonus odor fructificans in vitam, hostiā salutarem deo. rosæ odor prius sentitur q̄ videatur: sic & doctrinā vita p̄cedat. Agnosce inq̄ diligenter vultum pecoris, hoc est voluntates interioraq; omnia: vt discas compatī infirmitatibus gregis, rebelles & duros, gehennę metu coerceas, nutantes firmes, tepētes & somnolentos excites, quorum etiā mentes deī timor inuaserit charitatis ignibus incendas, & nutriās quoad crescant in virum perfectum etatis plenitudinis CHRISTI. Et quoniam nō tibi sed deo viuere debes, Chameleontis formam indue: omnibusq; omnia fias, oues tuas superbenedicto deo lucrificiens. Hęc agens, bonus eris minister CHRISTI IHESV, quī & augebit
c. ij.

incrementa frugum iustitię tuę. Diligenter igitur agnosce vultum pecoris tui.

Supereſt (vt receptui canamus) tuos greges conſyderare, altioris & ſublimioris philoſophiæ id munus eſt. Nam effera indomitaque pecora paſtoris eſt primum agnoſcere, deinde cicurare, & manſuefacere, ac ſenſim ſuper bono deo per amorem inuicem vnire, atq; a multiplicitate deſyderiorum mundi & carnis ad vnitatem ſpiritus reducere, gregemq; vnum conſtituere, vt ſit multitudinis credentium cor vnum & anima vna. Id poſtquam dei benignitate fueris aſſecutus: erit grauioris longe operis gregem continere, & nuſq; attentiois tuę oculos ab eo deflectere. Id fiet: ſi orationis, doctrinæ, & exemplaris vitæ alimento continue alueris, & quem a cepto veritatis tramite decidere videris, morbo cuiuſq; (prout varius erit) pharmaco cōtrario illico occurras, nec ſinas vel tantillum virus in præcordia ſerpere, q̃ letalior ſit caſus poſt gratiam, & plerunq; chronicos morbos contrahant, quibus nō facile poſtea medearis. Et ſicut corpora niſi in diē alantur, ſenſim imminui & prolabi videmus: ita & mentibus noſtris ſuus eſt cibus, quem ſi ſubtraxeris, eo magis ſterileſcit, q̃ non ſicut corpus, multiplici, ſed vno tantum alimento

SYNODALIS

spiritus reficitur. Id vnum, amor dei est. Cætera alia: spiritum enecant, non alunt. Amor: oleum est quo accenditur lampas spiritus. si desinas influere, extinguitur: si plus etiam iusto infundas, suffocatur. Non ab re ideo dixerim altioris philosophiæ hoc munus, quod magno libramine rectitudinis animi egeat, cum difficilius admodum morbis spiritus prouideas, qui plerumque eo grauiores quo penitiores, sintque in animis hominum tanti recessus ut non facile vel ab ægroto agnoscantur. & si agnoscat: longis ambagibus extorquendum est ab eo, vulnus ut aperiat. nam manus medentis reformidat: estque eo perniciosius, quod & animo & voluntate laborat. Sunt & alij tam abhorrentes a medela, ut licet in caustonica febre, phrenesi sint furætes: omnia tamen prius experiri quam curari malint. nec hos, in altam licet peccatorum voraginem deciderint, erit consilium deserere: sed potius omni arte elaborandum, lenibus primum, nonnumquam subasperis mordacibusque pharmacijs, cauterio etiam si res exposcat, adesse. leui plerumque occasione, cui non profuerunt artis remedia, respirauit æger. Propterea nunquam desperandum. Assidua igitur consyderatione qui regis Israel intēde, ut neque dormites, neque dormias. In mentem veniat: te non pecoribus brutis quæ

nec deferere deberes, sed animab⁹ (quę dei ima-
go sunt) a vigilantissimo pastore esse præposi-
tum. Cum in annalibus inuenias quibus sup-
plicijs acti, qui quōdam Theodosij imperato-
ris statuam Constantinopoli euerterunt, indi-
esq; id accadat ijs q; principes in statuīs & ima-
ginibus suis inhonorant. Credis te impune la-
turum: si gregis CHRISTI animas, veras dei
imagines prostitueris, cibo suo nō refeceris, ac
necaueris? Equos syluestres māsfacimus, q;
bus infideamus: animas autem iustorū quę se-
des sunt dei, quare negligim⁹? Proh dolor, ho-
die oues CHRISTI, oues occisionis sunt:
quas in infernum a morte depascendas detrus-
dimus, dītescimus ruinis ouium: & bonis illa-
rum pinguescimus, quod prohibuit dominus
in Leuitico, inquiēs. Adipem ouis & bouis &
capræ non comedetis.

Euigilate pastores, & attendite commilito-
nes, quid tuba dominica per Ezechielem Pro-
phetam auribus nostris insonet. Vē pastorib⁹
Israel qui pascebant semetipsos, nonne greges
a pastorib⁹ pascuntur? Lac comedebatis, lanis
operiebamini, quod crassum erat occidebatis:
gregem autem meum nō pascebatis. Assurget
quispiā, qui solennib⁹ paschę videlicet & nata-
lis (sunt enī nōnulli, qui nec materialē quidē

SYNODALIS

ecclesiā cui præsunt, vnq̃ viderint) ac quibusdā
 festis se pascere & visitare gregem suum gloria-
 bitur. Hocine est agnoscere vultum pecoris:
 exterioribus tantum oculis consyderare gre-
 ges, conuiuari, ac lautioribus tunc epulis abū-
 dare? Idcirco ne visitas, q̃ ex cōdicto suis im-
 pensis te his dieb⁹ mercenarius alere debeat?
 Ideo inq̃ visitas q̃ nec ea in re illi gratus esse
 velis: quin potius plerūq̃ etiam hospitem gra-
 uas. Venis vt edas, nō vt pascas. nam cum ni-
 hil pręterea superest quod absumas: pastus, te-
 mulentusq̃ abis, ac impastas & errantes oues
 deferis. Si laborares febre: velles medicum vel
 momēto a latere tuo abesse? Si & amic⁹ febrī-
 ret a quo maxime quippiam sperares: assiduus
 ne illi assisteres? Amicus dei es, si nō tu illi, ast
 ille tibi. Iam, inquit, non dicam vos seruos: sed
 amicos. In febrientibus ouib⁹ febrīt superbo-
 nus deus: in laborātib⁹ morbo, egrescit. Cur er-
 go amicum deferis, a quo innumeris bonis aus-
 ctus es & honorib⁹ affectus, & a quo lōge ma-
 iora expectas? Video plērosq̃ formandis pri-
 cipum & aulicorum pueris nihil laboris prae-
 termittere, noctes ducere insomnes, omnemq̃
 illis operam impendere: q̃ inde sperent fortu-
 nę rebusq̃ suis consulere. Nonnunq̃ tamen a
 spe decidunt. Quid igitur tantī principis, res

SERMO

gis regum pueraſcentes animas ſpernis: quas credidit, vt moribus, paſtuq; tuo adoleſceret, ac plenitudine amoris in veritate crescentes, perfectione induerent: Nec gratuito id faceres. magna tibi & haud dubia reposita merces, corona iuſtitiae, quam daturus eſt qui non mentitur ſuperbenedictus deus. Vires etiam omnes ac neruos eo maxime intedere deberes: q̃ ubi tantam neglexeris ſalutem, dabis poenas in interitu eternas.

Labora igitur vt bonus CHRISTI miles: in conſyderandis cuius affiduus eſto, quo poſſis febrientium animarum interpollationes cognoscere, & quamq; illarum, prout differentis erunt valitudinis, varijs etiam cibis alere. Nā non tā facile luditur & vanescit opera medici: cū frequenter egro aſſederit. Greges igitur tuos conſydera. Sunt & pleriq; vela-
men erroris afferentes: q̃ longe grauioribus (vt aſſerunt) negocijs inuigilent, a principib⁹ aſciti, ſubſellijs iudicū aſcripti, laurea paleſtrica donati, aut gymnasticis exercitijs cōtinendis occupati. Pudet & alia dicere quæ nonnullos diſtineant. Quid deſertor militiæ ſupercœleſtis, & ob id iure exauctorandus, ſtoliditatem & amētiam tuam aperis? Quorſum tanta inſania? helleboro tibi opus eſt. Aurum cre

SYNODALIS

dítur, & arenā tractas: libertatē exuís, vt seruí-
 tutem induas. Cur te his futilibus velut pe-
 dicís, & vix líbero homíne dignís ambagibus,
 inuoluís? Orbem iudícaturus, vilía exerces?
 Putas elephanto & asino insidere posse? Dua-
 bus sellís sedere? Non datur deo seruire & mǎ-
 monæ, vtrum elegerís, huic te deuoueas. Vtí
 regnum non capít duos: sic nec vnum duo re-
 gna tam dísparia moderari. Persequere grues
 potius q̃ muscas aut pappos volātes. Elephā-
 tus non capít muscas. Deí es seruus: attende
 quid te deceat, & debeas. Quid & tu crístata
 gallína tandíu pullis ícubas, & in gymnasijs
 senescís? Exeas aliquando gallus: vt ore into-
 nes, & cantes in decachordo psalterío quod cō-
 cepísti. Euome quo plenus es, inane est studiū
 quo laboras eo fine vt semper díscas. Fœcun-
 da greges tuos: vt a timore deí concípíant, &
 paríant verbum salutis. Opus fac euangelístę.
 ministerium tuum ímple. Erue tandem talen-
 tum quod díu ante suffodísti. Intorquetur ín
 caput tuum sagítta illa, Vē pastoribus quí pa-
 scunt seípso. Nō de triuiali illo pastu quí ege-
 rítur, íd íntellige: sed de lautiori longe & deli-
 catiori cibo mentem replente & deliciante.
 Vulgaris ille & animalis past⁹, fastidit & nau-
 seam parít: at spírítualis, appetítum prouocat,

quía quo plus sumpseris, eo magis famescis. & ob id in pace pastorum qui his cibis oblectantur, & quiescunt, amaritudo gregis amarissima, tales enim parem cum angelis intelligentiam (vt præsument) sortiti: iam nectare pleni, animas fastidiunt, & adeo insolescunt, vt CHRISTI oues porcos existiment, quibus non debeant sua sensa effundere. Diabolica est hæc sciētia, & animalis, semper discētes, & ad veritatis viam nunq̃ peruenientes. Veniat in mentem, q̃ superbonus IHESVS subsellia illa q̃ plausum facerēt nō abibat, sed circuibat per vicōs & castella docēs. Cur igit̃ oues CHRISTI feligis & discriminas? Nōne deo anima pauperis æque atq̃ anima regis? Si tuī esset arbitrij vt in quo agro malles, sereres: forsan excusareris. Sed debitor es huius gregis, de lacte enim illius aleris. Dices subsellia ouilis tuī inferiora esse q̃ vt alimentum tuum capiant. Condescende infirmitatibus inferiorum, tu qui spiritalis es: & lacte, nō solido cibo pascas, quoad adolescant. Nec te moueat, q̃ inueniaris elementarius senex, voluntati domini, non tuæ, ea in re morem gerere debes. Si plures non possis, vel vnā animā saluā fecisse non erit inutile. Et ubi dabitur occasio, non ouibus solum, sed & camelis, durioribus videlicet, potum tri

SYNODALIS

bues . Etenim charissimi fratres & amantissimi
commilitones, sicut pastorale munus publicum
est, non priuatum: sic & vitam nostram publi-
cis non proprijs vsibus commodare debemus .
Nec fecisse quis se putet satis diuinæ pietati: si
vineæ proprię quālibet vberes , creditæ vero
exiguos fructus proferat. Nā vniuscuiusque pa-
storū iustitia propria, vna est: ouium autē multi-
plex, aſt foenus quo dīteſcīt ſuperbenedicta bo-
nitas (quę omnes vult ſaluos fieri) quo mai⁹, eo
gratius . Eia igitur cōmilītones charissimi, nō
vos ipſos, ſed ſecūdū Petri pręceptū, pascite q̄
in vobis eſt, gregem dei, prouidentes non coa-
cte, ſed ſpōtanee, ſecundum deum , neq; turpis
lucrī gratia, ſed voluntarie, neq; vt dominātes,
ſed forma facti gregis , vt cum apparuerit prī-
ceps paſtorum dulciſſimus IHESVS, percipia-
tis immarceſſibilem gloriæ coronam , quā vo-
bis largiatur qui vnitrīnus & triūnus eſt.

F I N I S



SYNOPSIS

In his Brevis Christiani fides & amplexus
 commendationes sunt passionis minus publicis
 est non privatus sed & vltima voluntas publicis
 eis non propriis vltimis commendatione debemus
 sed scilicet deus se puer sine duntaxat: si
 vixit proprie quibuslibet videret: ceterum vero
 exigens sine proprie: si vultuque per
 non minus proprie: vixit etiam sine minus
 placet: si locus quo dicitur supererogata po
 nunt: que omnes vult saluos fieri: quo magis: eo
 gratia: ita igitur commendationes christianis: ad
 vos ipsos: sed scilicet per proprium: patet
 in vobis est: gregem dei: providentes non cor
 porales: sed: secundum deum: non turpis
 sunt gratia: sed voluntate: ut dominantes
 sed forma scilicet gregis: ut cum apparuerit pri
 us: passorum dicitur: in istis: percipite
 in vobis: etiam gloria coronam: cum vos
 in vobis: etiam vultis & vultis est

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.